

nis negotijs non obrueremur? CÆS. Is ego
sum Cæsar (si quādo Minos ad tuas aures fa-
ma ipsius peruenit) qui domi belloq; clarus
omnes (excepto rege Macedonū) externos &
Romanos imperatores magnitudine rerū ge-
starū (ne sit inuidia dicto) superarim. Vtrasq;
Gallias seminariū triūphorū pacatas populo
Romano reddidi: Britannos vici: summouit
Germanos: a me vires Pharnacis cōminutę:
Alexādrīa subacta: Aphri atq; Hispani meis
inimicis auxilia ferētes cęsi sunt: ad extremū
diem necis summe rerū pręfui solus impera-
tor: nunquid ergo Minos indigna postulare
videor, si contēdo pręferri L. Syllę viro alio/
quī egregio, nequaquam tamē amplitudinī Cęsar-
is cōparando. MIN. Adhęc quid tu Sylla?
Syl. Quāq; Minos non dubito tuā sententiā
irreuocabilē esse: tamen vt retundā insolentē
Cæsarīs temeritatem, breuiter respondebo.
Quo tēpore Cæsar gallia tibi prouincia decre-
ta fuit: iā populus Romanus pollens potēsq;
totius imperator Italię Sicilię Sardiniaę Corsi-
cę Hispaniarū expugnauerat pęnos, domue-
rat Numidas, dominabat Illyrijs Epirotis æto-
lis Macedonibus ac vniuerso nomini græco-
rū: tenebat minorē Asiā Liciam Pāphiliā, Cili-
ciā atq; Syriā, Deinde Cn. Pōpeio duce Bithi